



AB

152826

~~Sammlung~~

88
148
178



3

Quarta Disputatio

Institutionum imperialium explicationi subiecta,

DE TESTAMENTIS.

Ad quam, Deo clementer annuente,

PRÆSIDE I. V. L. D. N.
SEBASTIANO ABERGEN,

in Collegio priuatè disputantium, quinto Iunii die,
hora septima matutina, loco consueto re-

spondebit

JACOBUS ISENBERGIUS,
Halensis.



N^o 4054 *

VITEBERGAE

Ex officina typographica Simonis Gronenbergii.

Anno instauratæ Salutis

CIO IO XXXIV.

Quarta Libentia

In nomine domini Amen

De Testamento

et de successione

FRANCISCVS

FRANCISCVS

in omnibus

et in aliis

Testamentum

de iure

et de facto

et

Testamentum

de iure

et de facto

et de

et de

et de

Testamentum

Ex officio

et de

et de

T H E S I S I.



Hereditatum duplex conditio est: Aut enim ex testamento, aut ab intestato deferuntur.

II.

Testamentum, Graecis διαθήκη, ex eo, quod testatio mentis sit, contra Gellium & Vallam, rectè adpellatur.

III.

Estq̄, Modestino non contemnenda auctoritatis Iureconsulto definiente, nihil aliud, quàm voluntatis nostrae justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

IV.

Ejus tria genera antiquitus in usu fuerunt: Vnum, quod CALATIS COMITIIS dicebatur, quo Romani in pace & ocio uti solebant, convocatis tribubus ad actus creandorum Magistratum: Secundum in PROCINCTU fiebat, cum scilicet Romani bellicis temporibus ad pugnam accincti starent. Tertium per A.S. & LIBRAM δια χαλκῶ καὶ θυροῦ, ceu opti-

mus paraphrastes dixit, imaginaria quadam & ficta
venditione agebatur.

V.

Iis omisiss, est & aliud testamenti genus, quod
mysticum seu SOLEMNE dicitur: Aliud quod fit
per nuncupationem.

VI.

Illud nullo actu extraneo interveniente coram prin-
cipe, iudice, vel septem testibus classicis, rogatis, &
cum testatore subscribentibus, ac signa adpendentibus,
certo herede instituto, conficitur.

VII.

Hoc fit, & quidem frequentius, quando sine scri-
ptura testator, coram totidem testibus, ob id ascitis,
ultimum iudicium suum declarat, ac heredem palam
nominat.

IX.

Sed utrum jure Pontificio ista testamentorum so-
lemnia sublata sint, decreto Alexandri, incurrit ha-
sitatio: Et magis est, ut cum Connano, & aliis, con-
tra Panormitanum, non sublata esse opinemur.

Testa-



IX.

Testamentum condunt, qui sui juris, sana mente, iudicio, & sensu integro praediti sunt.

X.

Hinc filii familias testamenti faciendi jus non habent, adeo quidem, ut quamvis parentes eis permiserint, nihilò magis jure testari possint.

XI.

Hinc furiosus, qui sine dilucidis intervallis tumultuatur, Demens, Impubes, similiter Prodigum (quos princeps Adrianus catamidiari in Amphitheatro iussit) post bonorum interdictionem testari prohibentur.

XII.

Surdus item & mutus testamentum planè non facerent, nisi illis peculiariter Iustinianus: caecis autem Iustinus *αυτοκρατορας* constitutione sua subvenisset, cujus normam accuratim observent.

XIII.

Quo ad testes, qui utriq; testamento interveniunt, meminerimus: Omnes testimonii facultatem habere, quibus expressum interdictum non est.

XIV.

Interdictum est autem impuberi, seruo, furiosis, muto, surdo, decoctori: Item iis, quos LL. volunt improbos intestabilesque esse.

XV.

Cur mulier non adhibeatur, expeditumne satis est apud Interpretes? Non puto: Nos ponderatis, non numeratis, rationibus expedire tentabimus.

XVI.

De herede & Legatario quid statuamus? Et veteres juris authores hunc ad testimonium admiserunt, illum repulerunt, qua res scrupulo non caret.

XVII.

Testari quis potest de omnibus rebus propriis, siue mobiles, siue soli: corporales, siue incorporales ille fuerint.

XVIII.

Quamvis legare etiam res heredis, aut prorsus alienas non vetetur.

XIX.

Efficitur testamentis, ut quod testatores post obitum

rum de facultatibus suis fieri expetunt, firmiter con-
stet, eaque dispositio, tamquam lex quaedam, custodia-
tur.

XX,

Actio etiam prodit ex iis, quæ Petitio hereditatis
Prudentibus adpellatur.

XXI.

Quæ sanè procedunt, nisi ultimis elogiis vitia, ^{ῥῆσις,}
^{ἀκυσία, ἀτέλεια,} objiciantur.

Vice colophonis adjicio.

Testamentum juris civilis esse.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Alto etiam prolix ex his, que tenentur in
Preliminary ad illas

Que sunt procedunt, nisi aliter obicitur
et non est de officio

Vic colophonis ad id
Tamen in partibus
et in



152826

ULB Halle


3


002 671 182



AB: 152826








B.I.G.

Farbkarte #13



3

Disputatio

um explicationi subiecta,


T A M E N T I S .

clementer annuente,

I. V. L. D N.
O A B E R G E N,

tantium, quinto Iunii die,
ina, loco consueto re-
debit

SENBERGIVS,
ensis.



B E R G A E
a Simonis Gronenbergii.
tauratae Salutis
X X C I V .

